



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

7. Aliæ ad sui cognitionem & odium peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

 PARS SEPTIMA.

Considerationes perbreues, ad sui
cognitionem, peccati odium,
Deiq; ingenerandum timorem
vtillissimæ.

De miseria hominis ex parte corporis.

Considera te olim nihil fuisse.
Animal irrationale creari potuisse.
Conceptum esse cum sorde peccati.
Filiū iræ, & inimicum Deo factum.
Quo cibo nutritus sis in vtero.
Quam miserè editus in lucem.
Quam grauis alijs in infantia.
Te nunc vas esse putredinis plenum.
Morbis innumerabilibus obnoxium.
Educatum in lachrymis.
Viuentem in miserijs.
Moriturum in Angustijs.
Escam futurum vermium.
Quod nunc es, fuisse olim mortuos.
Quod illi sunt, te paulò post futurum.
Hic corpus vermibus, illic animã tormen-
tis cruciari.

De

*De miseria hominis ex parte
anima.*

Considera, vt ex nihilò creata.
 Labe carnis inquinata.
 Infirmirate, & ignorantia plena.
 Quæ pericula post Baptismum.
 Primum lethale peccatum mortem animæ
 attulisse.
 Quàm multa flagitia illi postea accreue-
 rint.
 Hinc seruam esse peccati, & Dæmoni sub-
 iectam.
 Quot tentetur carnis titillationibus.
 Quot huius sæculi illecebris.
 Quot illusionibus Dæmonis.
 Vitam hanc mare esse æstuosum.
 In finitis perturbationibus subditam.
 Potentiam inimicorum maximam.
 Prælium animæ periculosum.
 Terram durum exilium.
 Infernum horrendum receptaculum.

De effectis peccati.

Considera maculari Baptismalem a-
 nimæ pulchritudinem.
 Priuari animam dulcedine diuinæ gratiæ.
 Offenso Creatore, iniuriam fieri cæteris
 creaturis.

P 6 Ami-

Amicam fieri Luciferi, & seruan peccati.
 A scribi numero reprobatorum omnium.
 Ex vno peccato in aliud præcipitari.
 Derelicta synderesi, omnia perperam a-
 gere.
 Intellectus lumen obscurari.
 Memoriam vim ad diuina minui.
 Voluntatem illicitis inflammari.
 Appetitum sensitium perturbari.
 Merita Christi parum animæ prodesse.
 Sanctorum, & iustorum satisfactionibus
 priuari.
 Præteritorum benefactorum fructu spo-
 liari.
 Inspirationes sanctas consuetudine pec-
 candi suffocari.
 Cælum claudi, Infernum aperiri, pœnas
 indies augeri.

De castigatione peccati.

Lucifer ob superbiam è cœlo in æter-
 na tormenta detrusus est.
 Adam ob inobedientiam ex deliciis in mi-
 serias est eiectus.
 Totus Terrarum orbis ob luxuriam dilu-
 uio obrutus.
 Quinque vrbes ob libidinem diuinitus con-
 flagrârunt.

Ob

Ob inuidiam, Dathan, & Abiron hiatu ter-
ræ absorbentur.

Furtum infelicis Acham lapidatione mul-
ctatur.

Audacia Ozæ repentina morte puni-
tur.

Adulterium David seueriffimè castigatur.
Iesabelis impietas præcipitio, & canum di-
laceratione.

Blasphemia Senacherib exercitus strage, &
ipsius interitu.

Superbia Regis Antiochi horrendo mor-
bo pediculari.

Sacrilegium Ananiæ & Saphiræ morte re-
pentina.

Peccata nostri temporis, peste, bello, & a-
lijs incommodis.

Christus, vt peccatum deleret, cruci affi-
xus est.

Illud tandem in penetralibus inferni ob-
serabit.

Quid facias miser, tot peccatorum ponde-
re oppressus?